

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Idem eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

ret: rogo, ut quod est humanitate tua dignissimum, uicissim nos ames, et commendatos habeas. Vale.

Idem eidem.

Quod in maximis occupationibus tuis duxisti nobis scribendum esse, magnum specimen singularis benevolentiae erga nos praebuisti. Quare et officium tuum mihi iucundius est: et ipsis literis, cum sint humanitatis plenissime, uehementer delectore: et quod tanquam pignus perpetui tui erga me amoris tecum in sinu circumfero et afferuo. Itaque tibi gratias ago, qui nos hoc tempore, quod uides plus quam ferre conuise: et literarum studiosis, complexus es, et significas te studijs nostris non defuturum esse. Nec uero aut nobis quicquame optabilius est, quam habere patronum, cuius et authoritas sit precipua, et in amicis tuendis fides: aut tibi honestius, quam literarum amantes adiuuare et prouochere. Maximè enim deet te, cum tanta doctrina praeditus intelligas, quanta uis et dignitas sit bonarum artium, dare operam, ut quam maximè floreant litteræ. Et cum Republica tibi defensionem omnium ornamentorum commendauerit, quibus opus habet: petit etiam, ut has disciplinas, in quibus uersamur, omni ope tuearis et conserues. Quarum quantia sit utilitas in Republica, tu optimè perspicis. Quare te  
rogo,

rogo, ut quod factis, nos in hęc studia cum quadam spe ingressos, ames, et authoritate tua iuuare pergas. Quid enim me adeò amanteer bortatus es ne desim meo officio in discendo, et amore tuo et authoritate ualde moueor: tibiq; polliceor, me, quantum omnibus ingenij neruis contendere possum, daturum esse operam, ne aut spem patris febellisse, aut grauißimam admonitionem tuam contempssisse uidear. Hęc rescripti ad tuas literas, quid uerebar silenium meum non solum ingratitudinis, sed etiam negligentiae suspicionem apud te allaturum esse. Et hoc literarum nuncio utas sepius ob hęc ipsas causas, ut studium erga te meum et diligentiam in discendo cognoscas. Esi autem mihi tuis literis nihil gratius esse potest: tamen non postulo ut ad me, nisi cum uocat eri liber ab occupationibus atq; curis es, scribas. Reliqua officia, quibus magis nobis opus est, ut nobis patrocinieris apud principem et patrem, spero te non intermissurum esse. Addes uero etiam literas pro tua summa humanitate, si quando uacabit. Vale.

Parenti suo charissimo H.B. S.D.

Accepi literas tuas, charissime pater, in quib. me protua autoritate acerrime Lipstiam reuocas. Primum autem exponam tibi historiam totius negotij, que (ut spero) si non culpa, tamen suspicio

O 2 ne sce-